

**Rector Universitatis Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. & Professor Ad
exequias, Quas Matronae ... Dorotheae Naderheiden Moestissimus gener Hodie
ad horam primam pomeridianam paratas cupit Omnes omnium ordinum
Academicos Cives peremanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422834>


Druck Freier  Zugang




Wasmundt, P.,
in
D. Naderheide,
viduam J. Burmeister.

Rostock, 1631.







RECTOR
Universitatis Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor

Ad exequias,

Quas


Matrona pientissima

DOROTHEA
NADERHEIDEN

Moestissimus gener

*Hodie ad horam primam pomeridianam paratas
cupit*

Omnes omnium ordinum Academicos Cives
peremanter invitat.



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
Anno M. D. C. XXXI.

UNIVERSITÄT
ROSTOCK
BIBLIOTHEK

DOROTHEA

ROSTOCK



ROSTOCK
Typis Joachimi Fedani Acad Typ
anno M D C LXXX



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor,



Uemadmodum aliqui è convivio maturè surgunt ac domum euntès placidè dormiunt; cæteri autem remanentes expectare, non rarò etiam experiri coguntur, quicquid à temulentis ac turbulentis ingenijs expectari potest ac debet: ita qui ex hac vita tanquam è convivio discedunt, & placida morte, quasi somno, quem lethi consanguineum poëta quidam vocat, compositi quiescunt periculorum ac turbarum, si quæ imminent eventum securi, & extra reli jactum, quod dici solet, constituti cæteris omnia metuentibus, expectant. Discessit hoc modo ex ista vita ante biennium Humanis. & Doctissimus Vir Dn. M. JOACHIMUS BURMEISTERUS & in quietis locum se recepit,

pit, cum vidisset jam signa turbulenta tempe-
statis haud dubia vel obscura. Doluerunt qui-
dem hoc ejus discessu relicta vidua & liberi, sed
ijdem haud dubie postea non semel gratulati
sunt hanc felicitatem defuncto qua neque vi-
dit, neq; sensit qua ipsi cum plurimis alijs ex
eo tempore cum gravissimo sensu doloris per-
cipere coacti sunt. In quibus non possumus
non recensere honestissimam illius uxorem ab
illo tempore quo maritus ex hac vita abiit, vi-
duam, qua tanto gravius experta est hujus con-
vivij turbas; quanto diutius post mariti abitum
in eo remansit: ideoque haud dubie maritum
ultra ut sequeretur & ejus complexibus redde-
retur desideravit. Nata vero est honestissima
haec matrona in hac civitate Anno 1578. ex pa-
rentis honestis & pijs: patre quidem *Petro Na-*
derheide Perlebergenfi Marchico pistorum col-
legij ac honestissimae societatis primario viro:
matre vero *Catharina Timmen*, qua & ipsa pa-
tre piftoe nata fuerat: a quibus ab initio vitae,
ita enutrita atq;educta est, ut a pijs ac probis
parentibus virginem honestam, & in spem
honesti matrimonij, educari conveniebat,
usq; ad annum 1598. quo sibi pietate, probitate
& alijs virtutibus honestae virgini congruen-
tibus

tibus conciliavit, Dn. *M. Joachimum Burmeisterum* Scholæ trivialis collegam: qui non una virginis dote motus ejus nuptias à parentibus legitimè ambivit ac impetravit. Floruit hoc matrimonium ab eo tempore & fructum tulit, qualis ab amabili morum inter conjuges convenientia, animorum sacra conjunctione & amoris mutui efficacia, (talis enim inter hos conjuges fuit) exspectari posset. Nam totis uno & triginta annis in eo simul vixerunt sine querela, liberos ediderunt *Catharinam* ac *Dorotheam*: quarum posterior Anno 1623. phtisi consumpta nonnullam doloris occasionem tranquillis parentibus objecit: Tertio deinde loco filium *Christianum*, qui post fundamenta literarum in ludo, cui pater in serviebat, jacta ad exterarum Academiarum, in quibus etiam nunc officium suum gnaviter facit, profectus est. Hujus indoles pia & modesta non exiguum gaudium parentibus attulit, neque post parentis obitum viduæ matri minorem lætitiæ spe futuræ frugis conciliavit. Verum, ut verisimile est absentia filij dilecti non nihil eam imminuit, præsertim cum carissimus maritus Anno 1629. ex hac vita discessisset. Sed huic etiam defectui divina benignitas


consuluit, in conciliando genero, Doctissimo Viro Dn. *Zacharia Julichio* Cantore Petrino, qui natu majorem filiam *Catharinam* legitimo sibi matrimonio conjunxit, & socrui non generum sed filium ex ipsa natum præstitit. Nam ex quo tempore vidui lecti solitudinem experiri illa cepit, hic eam ad se recepit, eique omnia quæ ad vitæ sustentationem requiruntur, copiosè usque ad vitæ finem, prospexit: neque illa hunc alio quam qui filio debetur amore ob id prosecuta est. In hoc statu cum placidam, ac tranquillam vitam ageret, Deum quotidianis precibus invocaret, ac sedulo pioque cultu veneraretur, quod officium esse piæ viduæ ex Apostolo didicerat vel præcipuum, noluit eam Deus desiderio mariti præmissi ac tædio præsentium calamitatum diutius contabescere: sed immisso morbo memorem monuit, ut rebus humanis valediceret atq; in alteram & verio rem vitam commigraret. Accepit illa hunc nuntium animo bene præparato, (nam paulo ante morbum in sacra synaxi hoc egerat, quod omnes pios facere decet, & viaticum sacrosancti corporis & sanguinis dominici, una cum genero & filia perceperat) & forti minimeq; turbato & muliebri pe-
ctore


Stoꝛe pertulit, quodcunq; ferendum erat:
divinæ voluntati se suamq; vitam permisit,
adeoque manibus sui Redemptoris, animam
commendavit, quam deniq; die 17. Septemb.
inter suorum preces & lacrimas piè placideq;
exhalavit & hanc vitam fragilem ac brevem
cum altera æternum duratura ætatis anno
quingentesimo tertio commutavit. Etsi vero
dubium non est, quin cum ipsa feliciter actum
sit, quæ nec incendia nec graves ruinas, nec
aliorum facinorum, qualia his temporibus fie-
ri amant pericula deinceps metuere habear,
tamen non possumus non dolere superstitis fi-
lij, filiaq; & ejus mariti vicem qui matris &
socrus jucundissima societate privati sunt, qua
antehac adquiescere consueverant. Hunc i-
gitur dolorem eorum, ut aliquo modo, quan-
tum in nobis est, lenaimus ac mitigemus, exe-
quias ejus nostra præsentia & frequentia or-
nabimus & honorem honestis matronis, quæ-
que in matrimonio virorum de pueritia insti-
tuenda bene meritorum vixerunt, debitum
declarabimus. Nec certe nullam vel exiguam
& levem causam habemus vitam & salutem
nostram DEO commendandi, cum recorda-
mur, quo in statu nudiustertius fuerimus.


Igitur


Igitur hoc agamus quod solum possumus, idque
sedulo. Extinguamus incendium irae divinae
non aqua ex vicino Varno hausta, sed quem
serius dolor de peccatis admissis per peniten-
tiam non magis ex oculis quam ex ipso cordis
fonte exprimit atque ita simul pie vivendo de
morte, quae singulis horis imminet, cogite-
mus. Fiet conventus in templo Petri hora
prima pomeridiana. P. P. Sub sigillo Aca-
demiae 19. Septemb. Anno 1631.











ore pertulit, quodcunque ferendum
divinae voluntati se suamque vitam p
adeoque manibus sui Redemptoris, a
commendavit, quam deniq; die 17. Se
inter suorum preces & lacrimas pie p
exhalavit & hanc vitam fragilem ac
cum altera aeternum duratura aetat
quingentesimo tertio commutavit. E
dubium non est, quin cum ipsa felice
sit, quae nec incendia nec graves rui
aliorum facinorum, qualia his tempor
ri amant pericula deinceps metuere
tamen non possumus non dolere super
lij, filiaeque & ejus mariti vicem qui n
socrus jucundissima societate privati s
antehac adquiescere consueverant.
gitur dolorem eorum, ut aliquo modo
tum in nobis est, lenimus ac mitigen
quias ejus nostra praesentia & frequ
nabimus & honorem honestis matron
que in matrimonio virorum de pueris
tuenda bene meritorum vixerunt,
declarabimus. Nec certe nullam vel
& levem causam habemus vitam &
nostram DEO commendandi, cum
mur, quo in statu nudiustertius fu

